

Causa formalls. Principium illud, quod intelligitur ut dans alicui subjecto quemdam essendi modum, ita ut ex subjecto et principio ipso resultet unum esse utrique commune. *Aliter:* Id ex quo effectus in tali vel tali specie constituitur.

Forma substantialis. Substantia quaedam partialis, quae ita potest uniri materiae, ut cum illa componat substantiam integram ac per se unam; qualis est homo ex anima (*forma*) et corpore (*materia*) resultans.

Forma accidentalis. Quae talis est ut subjectum jam praeexistens et constitutum modifcet solummodo; ut *pallor* in vultu, *rotunditas* in cera.

Causa exemplaris. Forma mente praeconcepta, in cuius similitudinem fit aliquod opus ex intentione operantis. Nuncupatur etiam *idea*. Sic ex idea mente praeconcepta faber domum sedificat.

Ordo. Dispositio plurium secundum quod certa aliqua relatio determinat.